Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



uenerit in secda uigilia. ⁊ si in tercia uigilia ue
nerit et ita inuenerit. beati sunt serui illi. Hoc autem
scitote. quod si sciret pater familias qua hora
fur uenturus esset. uigilaret utique et non sineret p
fodi domum suam. Et uos estote parati. quia
qua hora non putatis filius hominis uenturus
Ait autem ei petrus. Domine. ad nos dicis hanc pa
rabolam an et ad omnes. Dixit autem dominus. Quis
putas est fidelis dispensator et prudens. quem
constituit dominus super familiam suam ut det illis
in tempore tritici mensuram. Beatus ille seruus. quem
cum uenerit dominus inuenerit ~~dominus~~ ita facientem.
Amen dico uobis. quia super omnia quae possidet ~~o~~ sta
tuet eum. De. i. of. q̃ fuit domin. s. matthe.
In illo. t. Dixit. d. i. d. s. Vos estis sal terre.
Quod si sal euanuerit. in quo saliet. ad nichilum
ualet ultra. nisi ut mittatur foras et conculcetur ab
hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciui
tas abscondi supra montem posita. neque accendunt
lucernam et ponunt eam sub modio sed super candela
brum ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luce